



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 8. Naturalis prædictio terræ motuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

sliorum suorum & furoris diuini arcana
reuelat. Non fecit taliter *omni* nationi; & ju-
dicia sua non manifestauit eis.

*Psalm. 147.
8.*

§. VIII.

Naturalis prædictio terre motuum.

Pherecydem narrant, in Scyro insula, Apollon.
sitizenem aliquando, aquam à discipulorū in hist.
quopiam petiſſe: quam cùm bibiſſet, pro- mirabili.
nunciasse, terræmotum, post triduum ea
in insula futurum. Quod dictum, vt exitus
probauit, magnam ille gloriam reporta-
uit. Item, p̄aclara quadam esse & immorta- Plin. li. 2.
lis in eo (si credimus) diuinitas perhibetur nat. hist.
Anaximandro Milesio Physico: quem ferunt cap. 79.
Lacedæmonijs prædiſſe, ut urbem ac tecta
custodirent: instare enim motum terræ: cùm
& urbs tota eorum corruiſſet, & Taygeti mon-
tis magna pars, ad formam puppis eminens,
abrupta cladem insuper eā ruina preſit. Que
ſi vera ſunt, ait Plinius: quantum à Deo tan-
dem videri poſſunt tales diſtare, dum viuant?
Qui tamen, paulò infrà, ipſe docet, & quo
modo ē puteis, & qua ratione, ex alijs signis,
venturi terræ motus cognosci poſſint. Ait
enim: Nauigantes quoq; ſentiunt, non dubia Idem ib.
coniectura, fine flatu, intumescente fluctu fu- cap. 81.
bito, aut quatiente iicti. Intremunt vero & in-

Ii

nauig-

498 Cap. XVIII. Terra mala, & precipue
nauibus posita, & quæquam in adificijs, crepitus
prænunciant. Quin & volucres non impanide
sedent. Est & in cælo signum, præceditq; motu
futuro, aut interdiu, aut paulò post occasum
sereno, cœn tenuis linea nubis in longum porre-
tæ spatiū. Est & in puteis turbidior aqua,
nec sine odoris tædio. Talis ergo & Phere-
cydis Pythagoræ doctoris cōjectatio fuit,
aut esse potuit.

§ IX.

Divinitus accepta notitia terræ motuum.

Aliâ viâ, Sancti vel præsentem alijs, ipsi
absentes, vel futurum terræ motū cogno-
Gen. 18. uere. Nam, vt tres Angeli Sodomitarum
17. excidium Abrahæ detexerunt; ita suprà
memorati tres viri ciui Antiocheno & su-
dario, tanquam missione mappæ, se signū
erupturæ labi dare, & precibus diuinæ vin-
Eusagr. dictæ manum iniici posse ostenderunt. Zo-
1. 7. cap. 4. simas quoque Sindenus, Phœnicia mona-
chus, miraculis clarus, quamuis procul ab-
asset Antiochia, tamen terræ motum An-
tiochiæ, qui septimo anno Iustini senioris
accidit, sciuit, ac in ipso momento, non per
turbidam putei aquam, sed Deo reuelante
sensit, subito enim consternatus, gemebun-
dus, tantumque lachrymarum fundens, ut
ipsum